

Johann Quistorp

Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. fac. Senior, Ab Orgiis Bacchi Omnes Academiae Cives avocatur

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734608179>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1637

- 1) Johann Aristorp
- 2) " "
- 3) Hennich Rabne
- 4) " "
- 5) Johann Kleinschmid

PROGRAMMA,

Quo Rector Academia Rostochiensis

JOHANNES
QUISTORPIUS, D.

& Theol. fac. SENIOR,

AB ORGIIS BACCHI

Omnes Academia Civis advocat.



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Academ: Typograph.

ANNO M. DC. XXXVII.





Quantum animis ac prope sensibus ipsis contristemur. Ac de militia Civis, dum hujus temporis memoriam undecumq; luctuosam recolimus; id nobis accidet hoc acerbius, quo minus fidem ab obsequio vestro accepturi fuerimus. Etenim, qui istos jam publicos mores esse experimur, ut precibus eorum vix ac ne vix quidem pareatis, quorum voluntas apud vos sancta & religio- ni esse debebat; quid potest ad officij nostri sat graves partes molestius accedere, quam cum vereri oporteat, ne in ad- monendo frustra, in vestra omnium salute etiam deridiculo futuri sumus? Et quidem opera ac scriptioe nostra facile caruissetis; si idem nobis animi esset in defendenda pernicie, qui vobis est in ea acceleranda; cum tot annis ex publico lo- quimur; nec tamen quicquam proficimus ad frugem hujus temporis & vite sanctitatem. Ad quam, si ulla pars ani- ni est, hac quidem invitare vos & nonnihil adducere po- terat, si minus precibus nostris atq; obtestationibus, cruentis tamen ipsius Filij Dei lacrimis, quas humi procumbentis ob- tantam perversitatem nostram deinceps stillabit. Quia hodie non pergit Canam Galilææ, ut nuptiis intersit novorû conjugum, & vino letus ac benignus convivatoribus illuce- scat; sed Hierosolymam ascendit, ut post tot contumelias, tot injuriis vexatus, ad ultimum fœdissimè excrucietur. Est ergo, Cives Academiæ, hic ille dies, qui tam horren- dum ac crudele spectaculum parat; ille est, quo orbis condi- tor ab impia & plusquam Gigantæa, sua equidem gente ac creatura, virgis & cruci, tantis indignitatibus, tam ser- vili supplicio, initiatur; Quo illum non sua innocentia ab- solvet.

solvere, multo minus crimina nostra potuerunt dimittere, & Adeo impeditum constrictumq; alienis piaculus, ut cum nec alij trucidare debuerint, nisi, quorum saluti in has terras è cælo descenderat. Quod quidem atrox horrendumq; facinus humani generis tam quisq; pro se admisit, quo nunquam satis animo illud complexus fuerit, aut ex sententia & serio cogitare induxerit. Qui ista negligentia seu verius torpore ostendimus, quam male argamur tanta feditate, quam illatemur potius miserima cædi, quia nobis, quorum causa & meritis evenit, molesta eussq; & gravis non accidat, ut cordi esse, ut aliquem apud nos dolorem gignere aut excitare valeat. Quo signo cum ingratisimos, quibus nihil est inter homines deterius, aut inimicos, quorum nomen quoq; grave & exosum est, intelligere soleamus, æquidnam videbimur aliud velle adhuc & expere, quam ut nobis contigisset delinquere, quod ab Iudeo impiatum est? Præsertim his moribus nostris, quibus ita vivitur, ut non meditari delicta ac lugere, sed acuere; non illacrumari IESU CHRISTO, sed illudere; non evitare vim ac potestatem inferni, sed irruere; non deprecari mortis æternæ supplicia, sed arcessere; istaq; omnia scientes volentesq; insanire, ac furere cogitamus. Quid enim festivitas illa, quam ubiq; apparatus; quid illi congressus atq; conciliabula, quæ non privatim magis, quam publicè densantur; quid iste luxus ac tripudium comissantium; quid deniq; omnis hujus temporis recordia est, quam sceleratus quidam ludus, hõc patientior theatro datus, ut Salvatorem convitiis plures atq; animosius proscindere, divinumq; ejus nomen & æterna immortaliaq; in nos merita trahere atq; explodere liceat? Quibus rebus videte quam opportuna omnia selecta sint. Ne campus agendi facile desit, tota urbes atq; regiones in publi-

eo feriātur. Magistrātus autem eligi debent, Collegia
transferri atq; celebrari, ne occasio desideretur. Utq; tempo-
ri fiat, eaptanda sunt jejunia. Ne facile imperremus eorum
veniam, in conspectu lugentis JESU CHRISTI hac omnia de-
signanda sunt. Ut intelligat, quam accepta nobis querela
sint, quod ne habeat, quo caput suum reclinet & quiescat;
pariter ut nos, qui non habemus, quod satis lascivire & de-
bacchari possimus. Perpotamus ergo, ut sitis illum sua recte
excruciet: Voramus, ne esurienti desiderium ac fames re-
mittat. Dulcibus vescimur, ut ex nostra cupiditate acer-
ba sua persentiat. Et qui ante tot secula ab impuro spiritu
elusus pane est, illi ut eosdem lapides ostentare possimus, pe-
dora nostra quotannis circa Februum tempestatem indura-
re debemus. Hoc, hoc est tempus illud, Academiae Cives,
non tam impium, quam blasphemum; hoc est, quod orbis lu-
geat, caeli autem prorsus exhorrescant; hoc est, quod ille
mundi Servator metuit, tanquam pro eo quod carnem no-
stram induit, penale: hoc est, quod cum non in Golgatha
& ante Hierosolymas, sed ubiq; locorum, & urbium, intra
extraq; pomeria trahit, cadit, suspendit, necat. Qui cum
victor de Inferno, Morte ac Satana jampridem exiit, à
nobis in triumphum ducitur, in compedes, in vincula abji-
citur; Dignissimus, qui pro hoste, quem pessunderit, oppro-
bria, & ab ipsè, quos exemit, illud usq; eò & vexari mereat-
tur. Itane autem, quod nostri nominis est, ad crucem Chri-
sti accedimus, ut proleamur in cruore ejus, inter foedata
& recente tabo madentia vestimenta? Itane spinas ac cla-
vos? itane perforatas manus ac pedes? itane sanctissimum
caput, nunc quidem pronum & exanime intuebimur? ut o-
culos ac animum nostrum non demittere, non contrahere,
sed velut pascere tam diro spectaculo velimus? Ideone ex-
pandis

patitur ille brachia sua ac clamavit, ut ad dolorem ejus ja-
ctemus manum & cum boatu ac fremitu quaquà infer amur &
Clarissimum autem istud lucis sidus, parens diei atq; autor,
quæ, quod unum omnia illustrat, Solem vocamus, an propter
ea cessavit radiis suis, orbemq; nocti ac densa caligine in-
volvit, ut furiarum instar, ad tenebras & earum opera
facibus accenderemur? Hostibus equidem nostris mitiores
sumus, quibus non ante, quam cum animam agunt, placati,
acquiescere nihilominus ad postremum halitum & cum si-
lento adesse solemus; Nobis inquietanda, strepitusq; & cla-
moribus implenda sunt omnia, ne animarum nostrarum Re-
demtori liceat vel suam Deo patri, cum nostra pace, cõmitte-
re, sed exspirandum sit Fratri nostro, non inter preces ad
suspiria lugentium, sed inter tripudia atq; ululatus temu-
lentorum. Quæ ipsa nondum satis gravia forent, nisi ab
eodem hoste suo, quocum luctatur proximè victor, solemnè
quodam ritu accepta, eodem illo tempore designanda essent,
quando ista pariter cum autore suo proterere penitè ac dis-
turbare nititur. Ideo enim obnoxius injuriis fit, ideo pati-
tur, ideo crucifigitur Filius Dei, ut primum omnium Serpen-
tem antiquum, illam totius mundi pestem ejiciat, deinde
ut impietatem nostram aboleat & crucifigat veterem A-
damum, ut tandem resuscitemur secum à mortuis, hoc
est, egrediamur è numero infidelium & vivamus sibi, à quo
novam vitam, novum spiritum accepturi sumus; Qui non
vociferetur inter greges insanientium, sed cum piis ad cælos
& sursum corda levet, clametq; Abba Pater. Quæ omnia
si cum istis mundi ac impiorum feriis contuleritis, quas reli-
gioso huic justitio & Passioni Salvatoris impegerunt, quam
pulchrè vobis Christiani, & è disciplina hujus temporis vixisse
videmini; Si frugeritis diem pergracando, dediti omni

lascivia, omni luxui, interq̄ pocula & noctes divisi, impie-
tatis ejus, quam solus Dei hostis in mores primum in-
vexit, nihil à vobis alienum, nihil aequè in deliciis & charum ha-
bueritis. Equidem nolite blandiri vobis, ac si minimum pec-
cetis, aut ultra hilaritatem & jocos nihil reprehendere
valeamus. Quos non potestis avariùs tractare, quam eo
tempore, cum à Redemptoris vestri memoriâ dolere publicitus
convenit; neq̄ execrabiliores reperire, quam si à malo De-
mone, à communi omnium hoste acceperitis. Qui cum po-
tens fuerit in gentibus, quasi, cogitate nunc de Orgiis ve-
stris, & à quibus inveniri primum hanc insanendi ratio-
tionem, à quibus accipi ac tradi posteris & in hoc in-
felix seculum propagari memineritis. Non est ignota
vobis Ægyptus, qua nihil superstitiosius toto orbe terrarum
fuit; à qua cum literas & sacra peterent Græci, Athenis na-
scire religio cœpit. Quam, ut cui Deo solennem fuisse sciretis, à
nomine significabant. Insanenti scilicet, quia Baccho dedi-
cassent, què & Lyfium appellabant, tanquam qui mentes sol-
veret, ut nemo apud se esset. Filium adulteri inter Deos,
hoc est, inter Diabolos maximi, & quem pro Beelzebub ex-
horrescere à nostra professione debemus. Ille igitur cū Graciâ
se amplius continere non posset, in Hetruriâ movit; Terram
omnibus Satana pompis atq̄ ceremoniis toto orbe terrarum
inclytam. Quæ auguria, extispicia, aruspicum disciplinam,
prodigiorum curationem, totamq̄ artem fraudum Satana
ac imposturarum per Italiam primum inter Romanos, ab
his in omnes simul populos, quorum victores atq̄ Domini e-
rant, dividebat. Et quanquam exulare nonnuquam ac
pud suos debuit, cum nec ipsi infideles tantam fœditatem sci-
rent perferre; tamen ab eo tempore, quo Salvator noster
in mundum venit, resumere paullatim vires & crescere
capit


cæpit. Eodem autore, quo Christiani propter nomen, quod
Saluti ac Hospitatori suo dixerant, trahi, rari, vexari suppli-
ciis ac misere excruciiari soleant. Qui cum ne sic quidem
perterriti ac vinci possent; religionibus imperiis sacris, ul-
timo, vite flagitiis ac impuritate, presentissimo quodam
veneno, tentari cæperunt. Cui jam omnis ætas, omnis sexus
consensit. Atq; hæc est festiuitas illa; hoc solenne est, quod cū
impiis per hos dies celebrabitis; ab hoste salutis ac animarū
vestrarum inventum; in opprobrium Redemptoris vestri na-
tum; eo tempore peragenda, quo amor vester crucifigitur,
quo Deus vester pro vobis & propter hæc ipsa piacula,
occiditur. In cuius conspectum, laborantis jam atq; ani-
mam in cruce trahentis, si fas est, aus potest ulla impietas
tanta in hominem descendere, agite jam, imaginem vultūq;
vestram, quem à Deo habetis, obnubite, fingite Eumenides
Furias noctis æternæ filias, Sorores orci & Stygis; velut men-
te capta cum iactatione fanatica corporis vaticinamini; a-
liis horridisq; criminibus decurrite, grassamini per plateas &
vicos, per strepitū fremitū ac vocibus, pulsate obvios & tru-
dite. Quid potest superesse, quam ut obliti vestrū, obliti
ejus, quem aut vincitū, aut casum virgis, aut rari ad tri-
bunal; aut crucē portare, aut affigi, aut cruentum exspirare
ac perfodi, quoquo locorum fueritis, in conspectu vestro cer-
nitis; ejus, inquam, obliti & vestra ipsorum salutis obliti, ce-
terū nefas omne, omnem libidinē, pro antiqua illa impieta-
te, velut acti furialibus stimulis, explete. Nos liba vobis, nos
bellaria, nos amphoras cū tibiis, & ne quid deesse possit, delirā
anum ac temulentam, cum Priapo & Silenis, cum Mænadibus
Thyadibusq; & tota Baccharum cetera præcedere jubebi-
mus ac ducere tam pulchrum gregem; si fieri possit, uti, quod
aator huius insania persuasit gentibus, ad animæ purgationē
ista

ista res facere possit. Caveat autem ne, dum natura dominus pati-
tur, quod de solis defectione, que circa hoc lugubre tempus acci-
dit, Apollonius, Arcopagita Dionysij preceptor, metuerat, mundi machi-
na, que proclivis jamdiu est, dissolvatur, atq; tum afflictissimus Dei
filius, spectator omnium eorum, que in sancto baptismi fœdere
ejurastu, pro opera ista, quam hosti suo navare cupieritis, plecat vos
ea parte, que aeterna & inestimabili, lux corpori vestri & anima
est. Quod nunquam fiet, si abstinere vos ab istis Diaboli pompis, &
nostra sequi vestigia induxeritis; Qui avertere mentem ab omni va-
nitate & luxu, in miseram Filii Dei sortem, in vincula, in vibices, in
vulnera, in contumelias in crucem, in omnia intendere volumus, que
pro nobis tanta cum ignominia, tam patienter & spore sustinuit ac
perpessus est. Utq; ea possimus recte meditari, in solatium vulnerum
errorumq; nostrorum adhibere, & ista unius morte adversus alteram
mortem tuti ac securi esse; Deum Patrem etiam atq; etiam, pro vo-
bis simul, ut eundem animum habeatis, precabimur. Quod su-
perest, contumaces & perfractarii, sciant, omnino firmum nobis immo-
tumq; in animo sedere, quod Rome olim factitatum est publico cōsilio,
cum ista Bacchanalia penitus ex Urbe & tota Italia ejicerentur. Quæ
nihil aque dissolvenda pietatis ac Christiani nominis esse videmus,
quam istam omni generis malorum officinam; in qua omnia in-
fanda patienda simul ac facienda sint. Quam cum impii ac infi-
deles illi ne trietericam deinceps perferre potuerint, que (malum ista
Christianorum sit invogitantia & feritas, ut quot anni Republicane
suam inquietari, religionem minui, & quæ re nihil est orbi terrarum
ac ipsis cælorum cæli periculosius, DEUM PATREM, & quem
misit, Filium JESUM CHRISTUM, Conditorem omnium
atq; Servatorem, inter cruciatus ac dolore suos à nostris illudi-
bacchnatum more patiantur P P, Rostochij

19. Febr. Anno 1637.

SOLI DEO GLORIA;

hominum, sed propter exuberantem
diam, qui, quos condiderat, perire no
autem nisi hic puer, ut sol quidam coe
tus, dispelleret tenebras ignorantiae
peccatorum caliginem, ac frigida co
igni accenderet. Facebamus in tene
mus ad illum oculos attollere. Ille s
suisq; radijs in animos nostros imm
salutifer illuxit nobis, qui prius in tene
ac desperatione salutis, velut in umbr
mus idololatrijs excacati, mundan
obtenebrati, currebamus ab impietate
palpitantes in densissima caligine, p
plectentes terrena. pro veris umbra
bus carnalia, pro salutiferis pestifera
sima desperationis nocte exortus est
nus, ut animi nostri pedes dirigat in
cam, quae est via pacis, quae per fide
humana divinis conciliat, orbis nati
minis, in unius fidei Professionem, c
niq; sedatis tumultuosis affectibus
hominem concilians sibi. Hac & ho
quae nos his diebus occupare debent,
corda nostra preparare & exornare
cipiendum hospitem puerum recens
in cunis jacentem, si hostibus nostris
Etoriam, (quod olim de puero Mace



the scale towards document

cor
mus
xor
garet
tatis
tera
nos,
us ac
rum
leba
tibus
tem,
am
tuali
altis
ater
ngeli
tem,
us no
i, de
nemq;
sunt,
nos &
id ex
c, vel
s, vi
e, cum
cunis